



## IN THE GARDEN

In pictūrā est puer Rōmānus, nōmine Marcus, quī in villā rūsticā habitat. Etiam in pictūrā est alter puer, nōmine Sextus, quī in eādem villā rūsticā habitat. Marcus et Sextus sunt amīcī. Hodiē puerī in hortō clāmant et rident quod laetī sunt.

Vir quoque est in pictūrā, nōmine Dāvus, quī est servus. In Italiā sunt multī servī quī in agrīs et in villīs rūsticīs labōrant. Puerī sunt Rōmānī sed Dāvus nōn est Rōmānus. Est vir Britannicus quī iam in Italiā labōrat. Sextus et Marcus, quod sunt puerī Rōmānī, nōn labōrant. Dāvus sōlus labōrat, irātus quod puerī clāmant et in hortō currunt.

Subitō statua in piscīnam cadit. Sextus rīdet. Marcus quoque rīdet, sed Dāvus, “Abīte, molestī!” clāmat et ad piscīnam irātus currit. Puerī ex hortō currunt. Dāvus gemit.

- |   |   |
|---|---|
| 1 puer, (a/the) boy<br>quī, who   | 5 in villīs rūsticīs, in country houses<br>labōrant, (they) work, are working   |
| 2 eādem, the same   | 7 sōlus, alone  |
| 3 in hortō, in the garden<br>clāmant, (they) shout, are shouting<br>rident, (they) laugh, are laughing, smile | irātus, angry   |
| 4 vir, (a/the) man<br>servus, (a/the) slave<br>multī, many  | 8 subitō, suddenly<br>in piscīnam, into the fishpond<br>cadit, (he/she/it) falls<br>Abīte, molestī! Go away, you pests! |
|   | 9 gemit, (he/she) groans  |

### Exercise 3a

#### Respondē Latīnē:

1. Quis est Sextus?
2. Suntne Marcus et Sextus amīcī?
3. Quid faciunt puerī hodiē?
4. Quis est Dāvus?
5. Estne Marcus servus?
6. Cūr est Dāvus irātus?
7. Quid in piscīnam cadit?
8. Quid faciunt puerī?

-ne indicates a question

Minimē! No!

Ita vērō! Yes!